



Regiae Societatis Iesu

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De ijs, quæ ad eius personam, & totius Domus administrationem
pertinent. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



REGVLAE PRÆPOSITI

Domus Professæ.



De ijs, quæ ad eius personam, & totius Domus administrationem pertinent.

C A P . I.

P.4.c.10.§.4.
Qualis esse
debeat.



Mni studio enitatur, vt talis sit, qualis optatur Rector in nostris Constitutionibus, atque eo magis, quod illis præsit, quos viros spirituales, & perfectionis stu-

diosos esse oportet.

P.4.c.10.§.5. 2 Primam officij sui curam in eo positam esse intelligat, vt oratione, & sanctis desiderijs totam Domum velut humeris suis sustineat;

heat; & quæcunque in ijs, quibus præst, ad
ipsorum, aliorumque ædificationem, iuxta
instituti nostri rationem, optare debet, prius
in seipso præstare studeat.

Oratione, &c.
Domum susti
neat.

3 Communes regulas ipse seruet, & par-
ticularia in cibo, indumentis, & aliarum
rerum vsu quantum fieri potest, vitet; & fa-
miliaritate, atque indulgentia cum quibus-
dam, alios ne offendat.

4 Intra annum, postquam officium Præ-
positi prima vice inierit, quadraginta diebus
Christianam doctrinam eo modo, quo in se-
cunda Congregatione de Rectore expositum
est, legat, aut doceat; sed ex causa per alium
id munus cum facultate Prouincialis obire
poterit.

P. 4. c. 10. §.
10. & can. 15
cong. 2. Quan
do Christianā
Doct. docebit

5 Consuetudines receptas, & à Genera-
li, vel Prouinciali approbatas seruet, ac ser-
uari faciat: si tamen aliqua alia à præcedenti
Præposito inducta fuerit, non mutet incon-
sulto Prouinciali: ipse vero, nisi suo Superio-
re approbante, nullam introducat.

Cōsuetudines
approbatæ ser
uandæ.

6 Eos, qui domestica obeunt ministeria
(exceptis quibusdam, quorum electio ad Pro-
uinciale pertinet) prudenter constituat,
suas cuique regulas tradat, aliquando visi-
tet, & prout in Domino conuenire iudicabit,
vel in eisdem ministerijs detineat, vel ab
eis remoueat. Quia vero officia quædam,
vt bene fiant, experientiam requirunt, qui

P. 4 c. 10. §. 5.
& 6
Constituendi
qui domestica
obeant mini
steria.

Ibid. lit. E.

ad ea idonei inueniuntur, non facile mutari
debebunt.

P.4.c.10.§ 6.
Officiales iu-
uandi.

7 Vt prospicere officialibus de subsidio,
si necessarium id fuerit, ne labore grauentur,
debebit; ita cum tempus vacuum illis fuerit,
vt illud vtiliter impendant diuino seruitio,
curabit.

P.3.c.1.§.11.
Designatio
Confessarij.

8 Etsi potestatem habet designandi Con-
fessarios suis subditis, ordinarium tamen
Confessarium Domus non constituet sine ap-
probatione Prouincialis.

P.6.c.5.

Quando in
virtute obediē
possit, non nisi rarissime, & ex graui ac vr-
tuz iubendum
genti causa id faciat.

Quales pœni-
nitentiaz im-
ponenda.

9 Quamuis in virtute obedientiaz iubere
ad panem, & aquam, si res postulauerit, di-
sciplina publica in refectorio, & alia exerci-
tia humilia, & domestica.

P.4.c.10. lit.

B.&p.9.c.3.§

8.
Quando dis-
pensat in re-
gulis.

10 Ordinarias tantum pœnitentias im-
ponat, quales sunt parua mensa, comprehen-
sio, conclusio in circulo, edere sub mensa,
osculari aliorum pedes, orare in refectorio,
dicere culpam suam, subtractio cibi usque
ad panem, & aquam, si res postulauerit, di-
sciplina publica in refectorio, & alia exerci-
tia humilia, & domestica.

11 Sicut ad Præpositum pertinet dispen-
sare in regulis, & Constitutionibus, & De-
cretis Congregationum Generalium cum
particularibus, quando necesse erit; sic &,
cum dispensauerit in rebus maioris momenti
quaे videntur vrgere, & in quibus sine graui
incommodo Prouincialis respōsum expectari
non potest, eum primo quoq. tempore de hu-
iusmodi

iusmodi disp̄atione, ac eius causa admonere. P. 5. c. 3. §. 4.
 12 Nomina eorum, qui vota solemnia, & c. 4. §. 4.
 vel simplicia emiserunt, in libro ad hoc pa- Vota solēnia
 rato notentur, in Professis quidem, & Coad- & simplicia
 iutoribus formatis cum nominibus admit- notanda.

tentium; in reliquis vero post biennium cum nominibus celebrantium, adnotato loco, & tempore, iuxta Constitutiones. P. 5. c. 3. §. 4.

13 Quas habeat facultates partim ex ijs Vnde cognos-
 quæ ipsi in his regulis conceduntur, partim cet suas facul-
 ex compendio facultatum Societatis intelli- tates.
 gat, ut in ijs, quas non habet, sciat ad Supe-
 riorem recurrere.

*De ijs, quæ Prapositum ad bonam admini-
 strationem iuuabunt.*

C A P. I I.

14 Sit sollicitus, ne Minister, & reliqui of- P. 4. c. 10. §.
 ficiales suo desint officio, omissis alijs, 7. & p. 9. c. 6.
 quæ possent impedire. §. 14.

15 Singulis vel saltem alternis hebdoma- Ne Minister,
 dis cum suis Consulteribus conueniat, (nisi & alij suo de-
 pro re nata aliquid extraordinarie esset con- finit officio.
 sultandum) deque rebus maioris momenti, Consultationes
 quæ pro temporum, & negotiorum varieta- facienda.
 te occurrunt, cum illis agat: quamquam ijs
 auditis, penes ipsum erit de singulis statuen-
 difacultas.

16 Con-